

Refutatio (90-143)

90 8. Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus,
nihil dico amplius: causa dicta est. Quid enim horum
infirmari, Gratti, potest? Heracleaene esse tum ascrip-
tum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione
et fide, M. Lucullus, qui se non opinari sed scire non
95 audisse sed vidisse, non interfuisse sed egisse dicit.
Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines: huius
iudici causā cum mandatis et cum publico testimonio
venerunt, qui hunc ascriptum Heracleae esse dicunt. Hic tu
tabulas desideras Heracliensium publicas: quas Italico bello
100 incenso tabulario interisse scimus omnis. Est ridiculum
ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere quae habere
non possumus; et de hominum memoria tacere, litterarum
memoriam flagitare; et, cum habeas amplissimi viri re-
ligionem, integerrimi municipi ius iurandum fidemque,
105 ea quae depravari nullo modo possunt repudiare, tabulas
quas idem dicis solere corrumpi, desiderare.

 9 An domicilium Romae non habuit is, qui tot annis
ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum
suarum Romae conlocavit? At non est professus. Immo
110 vero eis tabulis professus, quae solae ex illa professione
conlegioque praetorum obtinent publicarum tabularum
auctoritatem. Nam, cum Appi tabulae neglegentius ad-

His citizenship cannot be
disproved – case closed!

1. Lucullus is here as witness.

2. Envoys from Heraclea are
here as witnesses.

3. Everyone know's that the
archives in Heraclea were destroyed
in the Social War (89-90 BC)

4. Surely these are trustworthy
witnesses! There is no need to call
for documents!

5. As far as citizenship in Rome, you
cannot deny that Archias lived here...

6. ...and his application was valid...

...even though the officials in charge were
not always reliable, or even honest...

servatae dicerentur, Gabini, quam diu incolumis fuit,
levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum
115 fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modes-
tissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Len-
tulum praetorem et ad iudices venerit, et unius nominis
litura se commotum esse dixerit. His igitur in tabulis
nullam lituram in nomine A. Licini videtis. **10** Quae cum
120 ita sunt, quid est quod de eius civitate dubitetis, praeser-
tim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Ete-
nim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua
arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines im-
pertiebant, Reginos credo aut Locrensis aut Neapolitanos
125 aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id
huic summa ingeni praedito gloria noluisse! Quid? Cum
ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post le-
gem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabu-
las inreperunt, hic qui ne utitur quidem illis in quibus
130 est scriptus, quod semper se Heracliensem esse volu-
it, reicietur? **11** Censū nostros requires. Scilicet! Est
enim obscurum proximis censoribus hunc cum claris-
simo imperatore L. Lucullo apud exercitum fuisse; su-
perioribus, cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis
135 Iulio et Crasso nullam populi partem esse censam.
Sed, quoniam census non ius civitatis confirmat, ac tantum
modo indicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro

...even though the officials in charge were not always reliable, or even honest...with one exception.

7. There are no doubts about his citizenship in Heraclea and elsewhere...

...especially since other artists were given citizenship there.

8. Unlike others, he did not rush to reenroll after the Lex Papia (in 65 BC), because he knew he was a citizen in Heraclea already.

9. His name is missing on the census rolls because –
i) he was in the army in Asia.

ii) there wasn't a census when Julius Caesar and Crassus were censors.

10. The value of a census is limited anyway.

cive, eis temporibus quibus tu criminaris ne ipsius quidem
iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testa-
140 mentum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates civium
Romanorum, et in beneficiis ad aerarium delatus est a L.
Lucullo pro consule. Quaere argumenta, si quae potes;
numquam enim hic neque suo amicorum iudicio revincetur.

11. But during all that period, A. acted as a citizen in several legal matters.

12. Neither he nor his friends will change this fact.